



## Universitätsbibliothek Paderborn

**Theologiae Mysticae Sive Exercitiorum Spiritualium  
Admodum Reverendi Patris P. Aloysii Siderei, Alias  
Vincentii Caraffa, Societatis Iesu Praepositi Generali,  
Tomvs ...**

ex Italico Latino recenter idiomate opera et studio fidelissimi cuiusdam  
interpretis donatus

Iter ad coelum in quatuor partitum Semitas seu partes, & Fasciculum  
Myrrhæ

**Caraffa, Vincenzo**

**Coloniae Agrippinae, 1660**

3. Consideratio.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-49363](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-49363)

terminatur, populo exultante profumtione Mysterii, & Mysterii, & Sacerdote per orationem gratias offerente. *S. Matth. 26.* ut & Christus, celebrat à cœnâ cum discipulis, bynum dixit. Et hæc est vltima pars & finis Missæ.

## Post Missam.

## CONSIDERATIO I.

**I**N gratiarum actione post Missam immedietè rogabis Christum D N intrare præsentem, vt tanquam sacrificium cedat in gloriam Dei, totiusque Mundi salutem, frequenter replicando tria hæc verba: Gratia, Domine, Sanctitas & Gloria, modo supra dicto; & tanquam sacramentum cedat in utilitatem tuam, eliciendo actos Fidei, Spei, & Charitatis in Christum, & sanctissimam ejus Matrem, dicendo: Credo, Spero, Amo te, Iesu dulcissime: Credo, Spero Amo te, Maria dulcissima. Unde & preceberis sanctissimam Virginem, ut tibi efficaciter applicet pretiosum sui Diuini Filii Sanguinem. Recipido etiam memoria effusiones Sanguinis Christi, preceberis eundem, ut septem virtutes eis correspontentes tibi clargiatur. Simulque vota tua renouabis.

## CONSIDERATIO II.

**S**tatio seu domicilium, in quo die isto tibi commorandum est, erit altare, ubi manè celebrasti: Altaria tua, Domine, virtutum, Rex meus, & Deus meus. Unde præcipue te occupabis in sacrificando & communicando, nimirum, spirituali modo, in cooperando effectibus Sacrificii & Sacramenti, in præstanto opere, rām spirituali, quam temporalem proximo tuo. Quare frequenter dices: Immolo Deo sacrificium laudis, pro nobis & totius Mundi salute, in odorem suavitatis, Amen. Panem cœlestem accipiam, & nomen Domini invocabo. Divinorum Diuinissimum cooperari Diuinissimo Sacramento in salutem animarum. Et præterea lapè reperies verba ista: Gratia, Domine, Sanctitas, & Gloria oratio, ac imaginando tibi, ac si stares ante altare modo supra dicto.

CON-

## CONSIDERATIO III.

Noster legalis Sacerdotis, qui fuit figura Sacerdotis Ev. *Exod. 28*:  
 Angelici te geres. Primo debes esse purissimus, totus  
 Coelestis & Crucifixus. Has virtutes indicat tria illa Sa-  
 cerdotis vestimenta, vestis alba sine roga Hyacinthina  
 coloris coelestis, & superhumeralis, quos vocant *Ephod*,  
 & dicitur *Cruix*. Et tunica abula cum malis punicis ex-  
 on secundæ vestis propendencia significant, quod alios  
 coacionibus & exhortationibus proprio etiam sanguine  
 sigillatis & confirmatis ad patriam celestem pertrahere  
 debas. Secundo magnam erga proximum exhibebis  
 caritatem, illuminando cum doctrinâ & exemplo tuo,  
 idque significabat vestimenti illius gestatio, quod gesta-  
 bat Sacerdos in humeris & ante pectus suum, cui inscri-  
 pta erant nomina filiorum Israel, & verba illa *Doctrina*  
*& Veritas*, Rationali iudicij apposita. Ultime tribus, is-  
 que continua occupaberis exercitiis: Passionis Christi,  
 orationis, & mortificationis significatis nomine *Iehoua*,  
 quod in fronte ferrebat summus Sacerdos, idemque so-  
 nat, quod *Ipsa principium Passionis vita*, & incenso, quod  
 una manu gestabat, & sanguine Agni, quem altera tene-  
 bat manu.

## CONSIDERATIO IV.

Sempre oculis mentis tue quinque ista obueniabun-  
 tur exercitia devotionis: erga sanctissimam Trinitatem:  
 Passionem Christi: sanctissimum Sacramentum:  
 Beatissimam Virginem, & Angelum Custodem tuum,  
 dicendo continuo: Laudata & benedicta sit semper san-  
 cta Trinitas. Pater, Filius, & Spiritus sanctus: san-  
 cta Passio Domini mei Jesu Christi: sanctissimum  
 Sacramentum: sanctissima Mater Dei: Angelus meus  
 Custos cum toto coeli Curia per omnia saecula saeu-  
 lorum Amen. Agendo simul gratias pro Sacrificio  
 Missæ peracto, & petendo gratiam pro  
 futuro celebrando.

CON.